



17  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10



Exercitium Juridicum

DE

INVESTITURA  
FEVDALI

QUOD

PRÆSIDE

*Magnifico Amplissimoque Viro*

DOMINO

JOH. OTTONE TABORE JCto  
IN ALMA ARGENTINENSIVM COD. ET  
Feud. Placit. Professore Publico, Facultatis Juridicæ  
seniore longè celeberrimo patrono suo  
maximo

*Solemniter instituet*

JOHANNES JACOBUS Behre  
Bönnigkheimensis Zabergoicus.

*Ad diem 3 Decemb.*



ARGENTORATI

Typis JOSIÆ STEDELI ACADEMIÆ TYPOGRAPHI


M. DC. LII.

783.

46.

1652,9

25



ILLUSTRIBUS

*Generosis & Nobilissimis*

DOMINIS.

Directori Consiliariis, cœteris-  
que Incltyti ordinis Equestris  
Suevici partis Cochari- &  
Craichgoicæ depu-  
tatis.

Patronis summis.

*Studia sua juxtaque se totum.*

*In fidem observantia & signum  
gratitudinis offert.*

Johann. Jacob. Behre  
A. & R.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI  
 JESU CHRISTI QUI ET RES PENITUS  
 desperatas donare ac suæ virtutis magnitudine consuma-  
 re potest (1.) ad omnia consilia omnesque  
 actus nostros semper progredi-  
 mur, (2.)

*PRÆAMBULUM.*

**D**E materia Investituræ quasi basi  
 ac fundamento cui feudum innit-  
 titur (3.) his præsentibus pugel-  
 lis pro ingenii tenuitate ac temporis deter-  
 minati angustia acturus, apud animum  
 meum decrevi saltem libare summa ejus  
 capita quippè instituti mei rationi inser-  
 viens, Disputationis materiam proponen-  
 do, non commentarium de hac re scriptu-  
 riendo: si cui igitur non omnia quæ de-  
 buerint dixisse videbor, ille instituti mei  
 scopo: Si non satis accuratè quædam di-  
 sputa vero: Juvenem hæc me scribere, si cui  
 offendisse judicabor, hominem me esse  
 meminerit. Sit itaq; bono cum Deo.

- (1.) l. 1. §. 2. in fin. C. de lur. vet. enucleand.  
 (2.) l. 2. C. de offic. pref. prator. Affric.  
 (3.) l. F. 25. quib. mod. feud. constit. potest. Giph. disput. ad  
 feud. IV. §. 14.

THESIS I.

Definitio  
 nominis.

Quemadmodum Juri operam daturus,  
 nosse debet unde nomen juris descendat

Etymolo-  
 gia.

(4.) Sic materiam investituræ tractaturus  
 nosse debet, undè originem suam hoc vo-  
 cabulum habeat? Notandum autem ad  
 constituendam hujus vocis Etymologiam  
 Feudistæ non unius, sed variæ opinionis es-  
 se. Dum alii à nomine Vest (5.) quod fir-  
 mū significat. unde bevesten vnd vest machen.  
 alii & quidem commodius à vocabulo ve-  
 stis: (6.) undè vestire, vestitus derivant.

- (4.) Inquit Vlpian. in pr. l. 1. ff. de I. & I.  
 (5.) ut Hottomann. in Dictionar. suo. teste Gothofred. An-  
 ton. disp. Feud. IV. §. 1. tit. c.  
 (6.) Renneman Disputat. de lur. Rer. LXV. §. 2. lit. b. Item:  
 Disput. LXIX. §. 26. lit. a. Giph. dict. disp. ad Ius feudal. IV. §. 18.

§. II.

Synony-  
 mia.

Dici etiam solet Investitio (7.) Ger-  
 manis die Belehnung/Lehen Empfengnuß. (8.)

- (7.) l. F. 26. si de investitur. inter Dom. & Vasall. lis oriat.  
 (8.) Gothofred. Anton. cit. disp. ad feud. IV. §. 1. lit. c.

§. III.

Homony-  
 mia.

Quemadmodum alia: Ita & hoc voca-  
 bulum

bulum πολύσημον est. 1. enim denotat ipsam  
feudi possessionem (9.) 2. Instrumentum  
super Investituræ actu memoriæ causa  
consignatum (10.) 3. & ultimò ipsum  
investiendi actum, (11.) Quæ postrema si-  
gnificatio hujus loci propria est (21.)

(9.) 2. F. 2. quid sit investitura.

(10.) 2. F. 8. de investitur. de re alien. fact. alibi breve testa-  
tum, 1. F. 2. & tit. seq. 3. eò quod brevibus expediri soleat verbis  
cit. 2. F. 2. quid sit investitur. Germ. Lehenbrieff. de quib. noviss. Carpz.  
2. constitur. 45. definit. ult.

(11.) 1. F. 25. quib. mod. feud. constitui potest. die Belehnung  
& Lehen Empfengnuß ut thes. supr. 2.

(12.) ad stipulante Renneman. cit. disp. de Iur. Rer. LXIX. lit. a.

θ. IV.

Describo quod sit actus solenni feudi <sup>Rei.</sup>  
concessione constans. (13.)

(13.) 2. F. 3. per quos fiat investit. Item 2. F. 4. quid precedere  
deb. invest. an fidel. Giph. disp. ad feud. 4. th. 19. Gothofred. Anton. disp. 4.  
th. 2. lit. f. Rennemann. disp. de Iur. Rer. LXV. θ. 2.

θ. V.

Dividitur in Novam & Antiquam seu <sup>Divisor.</sup>  
renovatam. (14.) Illa spectatur in feudo  
novo acquirendo. Hæc in feudo jam antè  
quæsito (15.)

(14.) c. unic. 2. F. 22. qui test. sunt necess.

(15.) Et hoc quidem vel ex consuetudine generali per-  
sona Domini vel vasalli mutata. 1. F. 22. quo tempore mil. 2. F. 24. que  
fuit prim. caus. 2. F. 40. de capil. Corrodi. 52. de prohib. feud. alien. per Lo-  
thar.

*rebar. in fin. vel speciali alio quoddam tempore per l. 34. ff. de R. l. l. 37. de legib. Ita enim induci potest consuetudine ut vasallus teneatur recognoscere feudum quodocunque ad omnem requisitionem. §. 9. & 11. Inst. de I. N. G. & C. l. 80. ff. de R. l. Gothofred. Anton. disp. feud. VIII. th. 2. lit. e.*

θ. VI.

Item in propriam & Impropriam vel abusivam (16.) Propria perficitur inductione in vacuam possessionem sive reali traditione (17.) Impropria verò seu abusiva repraesentatione (18.) verbis & signis (19.) futuræ possessionis.

(16.) *c. unic. 2. F. 2. quid sit investitur.*

(17.) *Giphan. cit. disp. IV. th. 25.*

(18.) Cum Dominus re absente investituram se facere dicit. *Gothofr. Anton. disp. feud. IV. th. 3. lit. d.* Nam si in re praesenti institutus, aut res, v. g. castrum, fundus visui sunt exposita: possessio statim transit, & pro tradita habetur: Quia oculi longæ manus instar habentur. *l. 1. §. penult. & l. 18. ff. de A. vel A. P. aut Claves ad horreum traduntur. l. 74. ff. de contrah. empt.*

(19.) Utpote Ecclesiastica, Baculo, Pallio, Annulo. Civilia verò Hasta, osculo, gladio, vexillo, &c. vide *Giphan. in tr. de Iur. feud. dispositione capit. IX. & 10.*

θ. VII.

Causa Effic.  
Remot.  
Propinqua.

Causam efficientem Remotam statuo Jus Civile (20.) Propinquam personas conferrentes & accipientes investituram. Investire autem aliquem possunt omnes, nulla sexus, (21.) vel dignitatis (22.) conditio-

ditio-

ditionisque (23.) habitacione. modo rei illius, in qua alterum investire volunt sine Domini, (24.) & liberi ac legitimi administratores. (25.)

(20.) Quoniam formam suam non aliunde trahit quam à moribus, qui Juris Civilis non scripti pars sunt *arg. §. 9. l. de l. N. G. & C. l. 32. l. 33. ff. de ll. Consultissimus Dn. D. Bicc. in præloquio Rer. Quotid. suar. th. 41. Dn. D. Ludvv. Disput. ad Instit. l. 8. 14. lit. e.*

(21.) Siquidem & investituram renovare quam novam hodiè constituere foemina possunt. *c. unic. 4. F. 91. de Investitur veter. & nov. benefic. 2. F. 3. per quos fiat. invest. excipit mulierem luxuriosam & impudicam Gail. 1. obs. 57. in fin.*

(22.) Sive quis sit nobilis & honore coruscus ut Imperator, Dux, Marchio, Comes, Baro, &c. sive ignobilis & plebeius ut rusticus *2. F. 3. per quos fiat invest. cum enim quilibet suarum rerum sit moderator & arbiter l. 21. C. mandat. nonne gravis injuria homini ingenuo sub inani honestatis colore & velamento liberam de rebus suis ut olim 1. F. 11. de his qui feud. dar. poss. disponendi facultatem non relinquere. l. 2. in fin. ff. si quis à patre fuerit manumiss.*

(23.) tam Ecclesiasticæ quam politicæ seu seculares Gothofr. Anton. disp. feud. 2. 8. 2. lit. d. & th. 3. cit. disp. per tot.

(23.) Nemo enim plus juris in alterum transferre potest quam ipse habet *l. 54. ff. de R. l. c. 79. de R. l. in 6. & qui dabit quod ipse non habet l. 14. C. de donat. Hinc servus qui Jure Civili pro mortuo habetur l. 209. ff. de V. l. nec ullum omnino jus habet l. 33. ff. de R. l. l. 3. in fin. ff. de capil. diminut. & qui quid acquirit omnia Domino acquirit §. 1. l. de his qui sui vel alien. jur. pr. & §. 1. l. per quas person. cuique acquirend. l. 1. §. 1. ff. de his qui sui vel alien. jur. investituram facere nequit.*

(25.) Ex quibus patet: Quod illi qui res suas alienari prohibentur de novo in illas aliquem investire cum effectu nequeant. *sapè jam cit. c. unic. 2. F. 3. per quos fiat investitur. Cujusmodi sunt: Prodigii, Mente capti, Furiosi, pupilli, & minores 25. annis. Qui omnes in suas allodiales, cum effectu aliquem investire, nequidem.*

quidem cum tutorum & curatorum interventu possunt. *t. t. c. de reb. eor. qui sub tutor. vel curator. 2. F. 3. per quos fiat. investitur. Wesenb. c. 4. in fin. de feud. Giphon. disp. ad Feud. 3. 0. 3. & 4. Ratio: Quia investitura consistit in rebus immobilibus (ut infra 0. proxima audiemus) quarum alienationes etiam tutorum autoritate & curatorum consensu accedente minime efficaces sunt. *cit. t. t. C. de reb. eor. qui sub tutel. vel. cur sunt. Renneman. disput. de Iur. Rer. LXI. th. 4. lit. d.* Antiquam verò investituram uterque tam pupillus modò intellectum habeat, quam adultus etiam sine autoritate & consensu eorum quorum tutela & cura teguntur renovare possunt. *2. F. 3. in pr. per quos fiat. investitur. Gothofred. Anton. disput. 2. s. 3. lit. b.* Quæritur An filius familias facultatem aliquem investiendi habeat? Respondetur distinguendum esse inter peculium profectitium, adventitium, castrense & quasi castrense. *Dn. D. Bicc. sect. 1. th. 10. lit. m. rer. quotid.* Quoad hos postremos casus non dubito quin potestatem hanc habeant quia in iis pro patrefamilias habetur. *per l. 2. ff. ad Sect. Macedonian. & sic plenus & legitimus administrator. l. 3. c. de castrens. pecul. l. penult. C. de bon. qualiber.* Quoad illos verò non. Ratio: ex mox dictis satis adparet. *Gothofr. Anton. disp. feud. 2. 0. 5. ferè in fin.* An maritus in re dotali? Negatur. *arg. §. 1. Inst. quib. alien. licet vel non. 2. F. 3. per quos fiat in vest. Renneman. disp. de Iur. Rer. LXI. 0. 4. lit. c.**

#### 0. VIII.

Hæc de personis investituram facientibus: reliquum est ut ob mutuam relatorum naturam, qui investituram accipere possint, exponere. Hanc autem pari ratione, & quidem multò faciliùs potest quilibet non Sexu, (26.) ætate, (27.) statu, (28.) conditione seu ordine (29.) & qualitate (30.) habita ratione. paucis exceptis. (31.)

26. Unde

(26.) Unde & foemina si investitura de novo fiat. 1. F. 24. quemadmod. feud. ad filia. pert. 2. F. 30. de feud. foemin. quamvis in feudo antiquo regulariter non succedat. c. unic. §. 3. 1. F. 1. de his qui feud. dar. poss.

(27.) De majorenni, nisi quo alio defectu praepediatur, non dubitandum: In minori distingo: aut infans est, & neque per se, neq; tutore autore: Sed vel tutor. §. 1. Inst. de auctoritat. tut. Giph. disp. feud. 2. §. 6. vel si in sacris paternis. l. ult. C. de in offic. testament. l. 7. C. de Curat. fund. sit pater ipsius nomine accipit l. 18. pr. & §. 2. C. de iur. deliberand. Wesenb. c. 5. n. 6. de feud. aut infantia limites egressus est: & vel solus sine moderatore, rem suam meliorem reddendo investituram accipere potest, etiamsi puerem nec dum alat Wesenb. cit. loc. Jurejurando interim in maturam aetatem dilato. 2. F. 26. si de feud. defunct. content. sit. Gothofr. Anton. disp. 2. th. 6. lit. b. Giph. disp. 3. th. 5. & 6. n. 25.

28. Nam & seruo investitio fieri potest, modò quis sit non ignoretur. 2. F. 3. per quos fiat. investitur. Qui si proprius sit, una libertatem nulla etiam ejus facta mentione, consequitur. §. 1. Inst. de hered. Institut. sin. alienus non sibi sed Domino acquirit. §. 3. Inst. per quas person. cuiq. acquir. l. 10 §. 1. ff. de A. R. D. l. 32. d. t. l. 46. ff. de iur. dot. aded ut momento quidem subsistat in persona ejus l. 79. ff. de acquir. hered.

(29.) Nihil refert, nobilis sit an rusticus 2. F. 10. quis dicatur Marchio. dux. interrogari hoc in loco à Doctoribus solet. An Clericus investiri possit? Negant multi. ut Emericus à Rosbach in comparat. iur. Civil. & canon. lib. 2. tit. 19. num. 19. eò quod desiit esse miles seculi qui factus est miles Christi. Rosbach. cit. loc. n. 20. ex 2. F. 21. de vasall. milit. qui arm. bellic. depos. affirmantium tamen opinio nos magis arridet propter text. express. 2. F. 40. in fin. de capitul. Conrad. quæ sententia etiam in Camera Imperiali est recepta testante. Mynsing. 5. obs. 48. n. 8. ac jure pontificio posteriori comprobando firmata, ita, ut quoque onerosas à laicis investituras accipiant, easque per vicarium deserviant. Giph. disp. feud. 3. & n. 32. & in quaestione feudali forum seculare coram Domino sortiantur. c. 5. extr. de iudic. c. 6. extr. de foro competent. Gail. 2. obs. 37. Item de spurio dubitari solet? & tutius nos facere puto si dicamus ab extraneo 2. F. 3. per quos fiat investitur. investiri posse, non

B

autem

Unde



autem à patre per l.6. C. de incest. & inutil. nupt. l.1. C. de natural. li-  
ber. Renneman. disp. de iur. Rer. LXI. th. 24. lit. b.

(30.) Quales sunt: Surditas, cœcitas, furor, similesque  
sensuum defectus & membrorum corruptelæ, quibus homo fa-  
cilè inestitur: quæ nihil impediunt, quo minus quis ab initio le-  
gitimè investiatur. 2. F. 30. an mutus vel alius imperfectus feud. reti-  
neat. Gothofr. Anton. disput. 2. th. 6. lit. e. utpotè Dominus censetur  
his gratiam hanc fecisse: ut per alios serviant: Dd. in cit. tit. 56. F. 2.  
Fachineus lib. 7. controversiar. 34. Renneman. disputat. de iur. Rer. LXI.  
th. 23. lit. b.

(31.) e. g. Hæretico l. 4. in pr. c. de hæretic. & Manicheis c.  
fin. extr. de hæretic. Proscripto l. 17. § 1. ff. de pœn. Bannito Gail. 2. de  
P. P. c. 12. n. 5. F. 28. in fin. Læsæ Majestatis aliiq; criminis capitalis  
reo. 2. F. 3. 12. 26. & 32. Giph. disp. 3. th. 13. Renneman. disp. LXI. th. 26.

θ. IX.

Procedit investitura in rebus soli, (32.)  
vel solo cohærentibus, (33.) aut iis quæ  
immobilibus annumerantur. (34.) non  
verò commercio exemptis (35.) & alie-  
nari prohibitis. (36.)

(32.) 2. F. 1. de feud. cognition. ut fundus, hortus, arum  
ager, area, &c. l. E. 4. § 5. si de investitur. feud. controvers. sit, quibus  
in investituram datis non solum Fodinæ ibi postmodum reper-  
tæ nimirum metallicæ: Auri, argenti, ferri, plumbi, cupri. Item  
secturæ lapidis, calcis, arenæ, picis, cretæ, sulphuris, salis, &c. l. 19.  
l. 13. § 5. ff. de usufr. Sed etiam servitutes & cætera jura, rei immo-  
bili per investituram concessæ adhærentia concessæ esse intelli-  
guntur. Nisi ex investitura contrarium, & quod in investitione  
una vel plures harum rerum peculiariter exceptæ fuerint adpa-  
reat. l. 8. l. 32. ff. de iur. dot. vel Thesaurus in re investita sit à vasal-  
lo repertus; quippè cujus pars dimidia cedit investienti: altera  
investito. 2. F. 56. in fin. quæ sint Regal. § 39. Inst. de R. D. quia thesau-  
rus non eo commutatur in fructu. l. 7. § 12. ff. solut. matrimon.

(33.) ve-

(33.) Veluti castrum. 1. F. 4. *fi de investitur. feud. controvers.*  
*fuer. ædificium, molendinum, si nimirum illud immobiliter ter-*  
*ris vel aquis infixum sit. l. 1. §. 8 ff. de vi & vi armat.* Nam si na-  
 vium instar aquis supernatare soleat (quæ vulgo *Schiffmühlen*  
 dicuntur) non omnium eadem est opinio. nos negantem ut ve-  
 riorem sequimur propter *l. 60. ff. de A. R. D. Stagnum, piscina, syl-*  
*2. F. 1. de feud. cognitio. & si quis aliquem de stagno, fluvio, vel syl-*  
*va investierit, quoque de piscibus & feris tanquam fructibus pi-*  
*scinæ, fluminis & sylvæ investisse intelligitur. 2. F. 58. de not. feud.*  
*l. 62. ff. de usufr. l. 26. fi. de usur. & fructib. Wensb. c. 7. n. 3. de feud.* qualis  
 verò fructus venatia sit. An qui à natura procedat, an qui  
 ab industria! & quamvis nonnulli ab industria eundem sim-  
 pliciter esse velint, cum plus facti atque operæ humanæ in eo  
 versetur, quam naturæ. Tamen nos putamus distinctione rem  
 expediendam inter ipsam perceptionem & rem perceptam,  
 quoad prius venatio, ut quivis alii percipiendi modi, factum, la-  
 borem, & industriam hominis acquirentis desiderat: Quoad po-  
 sterius verò seu illud ipsum, quod eo modo acquiritur & capitur,  
 feræ omninò sunt fructus naturales, utpotè sine hominis facto  
 natæ. Hæc *Dn. D. Bicc. Rer. quotid. sect. 3. §. 16. lit. e.* Proponi à Do-  
 ctoribus & solet hæc quæstio. An vasallus de sylvâ aliqua in-  
 vestitus habeat facultatem ligna cœdendi? Ad quam quæ-  
 stionem Respondemus distinguendo. Utrum nimirum sylvâ  
 cœdua fuerit, nec ne. Priori casu vasallus seu investitus exindè  
 ligna cœdere, non tantum quoad usum privatum seu proprium;  
 sed etiam ut aliis vendat illa: propter *l. 9. §. ult. ff. de usufr.* Posteriori  
 verò modo: pedamenta quidem vel palos indè in suam vineam  
 capere: lignaque ad focum & fornacem, de arboribus crema-  
 libus & humilioribus in frugiferis: item ex arefactis, vel vi ven-  
 torum evulsis colligere *l. 12. in princip. ff. de usufruct.* à grandi-  
 bus autem & fructiferis arboribus cœdendis, nisi quoad rei  
 investitæ refectionem abstinere debet. *2. F. 8. §. contrario de In-*  
*vestitur. de re alien. fact. 2. F. 27. §. ult. in fin. de pac. tenend. & ejus vio-*  
*lator. l. 11. in pr. cum seq. ff. de usufr.* Cujusmodi sunt pensiones  
 de camera & cavena *2. F. 1. de feud. cognit. annui redditus l. 14. §. ult. C.*  
*de SS. Ecclesiis Gail. 2. observ. 10. Wensb. c. 7. n. 1. de feud.* Regalia,  
 ut jus creandi Duces, Comites, Barones. *1. F. 14. de feud. Marchi. Du-*  
 cal. &

cat. & comit. 2. F. 10. *quis dicat. Dux March. Recess. Imperij de An. 1548.*  
*August. vindel. edit. §. wie wol auch. ibi. daß die Graffen vnd Herrn/*  
*so fürklich ihre digniteten erlange/ sollen in re cognitionem præ-*  
*minentia, so sie von vns vnd vnserem freündlichen lieben Bruder*  
*dem Römischen König empfangen. Tabelliones siue Notarios*  
*Cammergerichts. Ordnung p. 1. tit. 39. cognoscendi de feudis re-*  
*galibus cit. ordinat. cam. p. 2. tit. 7. absolvendi à juramento ad ef-*  
*fectum agendi l. ult. ff. qui satisfar. cogant. l. 1. C. ad Municip. lib. 12.*  
*Gail. 1. obser. 25. n. 3. quam potestatem & Camera Imperialis habet.*  
*Ordin. cam. p. 2. tit. 24. Gail. 1. observ. 1. n. 24. & citi. observ. 25. num. 2.*  
*Mynsing. 3. obs. 99. utpote ipsum caesarem in puncto Justitiæ & cau-*  
*sarum Civilium representans vide Schvvanmann. observ. Camer. 4.*  
*n. 2. abolendi remittendiq; pœnas criminum capitales l. 45. §. 1. ff.*  
*de re judic. l. 9. §. 11. l. 31. ff. de pœn. l. 1. in fin. ff. de quast. Restituendi*  
*famæ & honoribus: §. 1. Inst. quib. mod. 1. P. P. S. t. r. C. de sentent. pass.*  
*& restitut. Recess. Imp. de Anno 1526. §. Vnd wiewol Legitimandi li-*  
*beros naturales Novell. 74. c. 1. & 2. Nov. 89. c. 9. Gail. 2. obs. 142. Dn. D.*  
*Bicc. sect. 1. 8. 21. Rer. quotid. tribuendi veniam ætatis t. r. c. qui veniam*  
*ætatis impetrar. Novas academias concessis privilegiis constitue-*  
*re. ordin. cam. p. tit. 3. §. desgleichen sollen die Vensiser. ibi: in Uni-*  
*versitäten welche zum wenigsten von vnsern Vorfahren Römischen*  
*Keysern vnd Königen confirmirt &c. leges universales ferre §. 6.*  
*Inst. de l. N. G. & C. l. 1. ff. de const. pr. l. ult. C. de legibus, concedendi jus*  
*nundinarum & mercatum. l. 1. ff. de Nundinis. l. unic. C. eod. Wesenb.*  
*in ff. n. 2. Scholam in Exam. Juridic. m. pag. 1029. Jus cudendi & re-*  
*probandi monetam. 2. F. 56. Quæ sint Regal. Recess. Imperii de*  
*Anno 1524. §. dergleichen hat der Münzhalber. Item de Anno 1551. §.*  
*So haben wir vns mit den Churfürsten. ibidem. So von vns vnd*  
*vnsern Vorfahren mit dem Regal oder Münz gefreyet seind &c. l. 2.*  
*C. de fals. monet. constituendi nova vectigalia 2. F. 56. Quæ sint*  
*regalia. l. 10 C. de publican. & vectigal. l. 3. & t. r. C. vectigal. nov. insti-*  
*tui non poss. quamvis hoc jus per Recess. Imperii de anno 1576. §.*  
*Weiters sind wir auch. restrictum aliqua ex parte sit. ubi. Sonder*  
*will auch daß alles zu vnserer Keyserl. besondern. Hoheit vnd Reser-*  
*vaten / dann so wol zu vnserer Keyserl. als der Churfürsten Reputa-*  
*tation veracht / Schmälerung vnd abbruch ic. Constituendi &*  
*confirmandi cursus publicos, qui hodiè postæ appellantur, & qui*  
*bus*

Bus qui præsumunt magistri postarum vocari solent; *c. tit. C. de curs. publ. l. 12. Recess. Imper. de Anno 1522. §. Item ist bedacht. similiter Recess. de Anno 1542. §. Und damit man auch jeder zeit etc. Multarum pœnarumq; compendia. 2. F. 56. quæ sunt regul. ordinat. cam. p. 1. tit. ib. §. der Keyserlich Fiscal. Bona quæ ut indignis auferunt. *c. r. ff. & C. de his quæ ut indignis aufer. l. 1. in pr. l. 13. §. penult. ff. de iure fisci. Wesenb. in ff. n. 2. h. r. causas autem propter quas ademptio hæc fieri possit vide apud Dn. Schotann. maxima ex parte in Exam. Juridic. m. pag. 731. bona contrahentium incestus nuptias, committentium crimen læsæ Majestatis 2. F. 56. quæ sint regal. & similia plura, quæ omnia hic persequi tempus non patitur pleniorẽ verò tractationem qui desiderat, adeat Sixtin. De Regal. Gothofr. Anton. disp. Feud. 3. th. 6. Bocer. class. 5. disp. 11. th. 3. usque ad 20. Rosenthal. in synopt. conclus. 2. c. 5.**

(35.) Quales sunt res sacræ, sanctæ, religiosæ §. 7. *Inst. de R. l. l. 6. §. 2. ff. eod. nisi ad redimendos captivos. §. 8. l. de R. P. l. 14. l. 21. C. de SS. Eccles. pauperes alendos. ut l. 21. C. de sacrosanct. Eccles. c. 70. c. 12. q. 2. vel urgens æs alienum dissolvendum Auth. Hoc Jus porrectum C. dict. tit. de SS. Eccles. Novell. 120. cap. 6. & 7. Dn. D. Ludvv. disp. ad Inst. 10 th. 2. lit. f.*

(36.) Ut res litigiosæ *l. 2. & l. ult. C. de litigios. peculia adventitia. l. 1. C. de bon. matern. Res fideicommissariæ restitutioni obnoxia. l. ult. §. 2. junct. auth. res quæ subjacet C. communia de legat. & fideicommiss. Similiter à testatore, vel contrahentium pacto alienari prohibita. 2. F. 3. per quos fiat. invest. Quo etiam referri possunt; res communes nisi in investitione omnium sociorum consensus inter venerit d. 2. F. 3. per quos si. invest. 2 F. 58. de not. feud.*

θ. X.

Nunc de Solennitatibus investituræ <sup>Format.</sup> quoque paucis erit agendum. Has autem consistere puto. (37.) In aditione ad Dn. Vasalli cum præfatione honoris (38). De-  
latione juramenti seu Sacramento fide-  
B 3 tatis.

387  
tatis. (39.) celebratione actus. (40.) Præ-  
statione juramenti. (41.) Præsentia te-  
stium parisi curiæ. (42.) & ultimo justo  
tempore.

(37.) Debita enim cum reverentia vasallus in conspe-  
ctu domini prodire: & de feudo sibi antè constituto tradendo  
humiliter compellere debet. 2. F. 22. de milit. vasall. qui contum. est.

(38.) 2. F. 3. per quos fiat investitur. & 4. quid precedere de-  
beat.

(39.) Delato à Domino homagio & vasallo accepto Do-  
minus possessioem vel quasi rei investire volentis tribuat. Giph.  
disput. feudal. IV. th. 39.

(40.) Germanicè *Lehenpficht* / *Lehens Eyd*. Quod regu-  
lariter hunc ferè in modum præstari solet. Juret Domino suo  
vasallus: se fore pro viribus, fidelem in omnibus ipsius commo-  
dis promovendis: & damnis averlandis: sequè debita cum reve-  
rentia & obedientia, cum personam, tum res ipsius prout mune-  
ris sui ratio postularit, respecturum esse ex 2. F. 4. quid preced. deb.  
*investitur. an fidelic. 5. Qualiter jurar. deb. vasall. 6. de form. fidel. & 7.*  
*de nova form. fidelic. at.* German. Der Lehenmann muß seinem Le-  
henherren geloben vnd schweren / daß er ihm wolte Gerrew vnd Hold  
sein / setzen Nutzen vnd Frommen fördern / Schaden vnd Nachtheil  
wehren / so viel an ihm ist / vnd sich in alle wege gegen ihm halten wie  
sich einem gerrewen Lehemann gegen seinem Herren zuthun gebührt.

(41.) Ad minimum duobus 2. F. 2. quid sit invest. 1. F. 26 in  
pr. si de feud. content. sit. ceter Dn. & agnat. vasalli. Wesenb. c. 8. n. 14.  
de feud. Sunt autem pares curiæ ejusdem Senioris seu domini in  
eodem territorio convasalli. 1. F. 26. §. 3. si de investitur. inter. Do-  
min. & vasall. Myns. 4. observ. 89. in fin. ita dicti, quod respectu in-  
ter se & beneficii ab eodem dominico fonte profluentis pares si-  
bi invicem sint: qui ipsi Domini intuitu dispares & inferiores  
Got. hofred. Anton. disput. IV. thes. 6. lit. c. Wesenb. c. 17. num. 3. de feud.  
fallit hoc 1. in Investitura renovata seu antiqua. hæc enim co-  
ram extraneis rectè expediri potest. 2. F. 32. qui testes sunt necessar.  
2. fallit in casu necessitatis. 2. F. 2. quid sit investitur. Necessitas  
enim

enim nullam habet legem l. 28. C. de testib. ac admittit Jus Feudale etiam extraneos non tamen prohibitos. quales aestimantur in feudis foeminae, §. *fin. qui test. sunt necessar.* Giph. disput. 10. th. 12. 2. F. 32. *qui test. sunt necessar.* 2. F. 2. *quid sit investitur.* 3. fallit in Clericis, hos enim pares negligendi copiam habere? satis adpatet ex c. *unic.* 2. F. 26. *si de investitur. inter Dominum & vasall.* vide Emeric. à Rosbach *comparatione Juris Civil. & canon.* lib. 2. tit. 14. num. 16. & 17. Gothofred. Anton. *disput. feudal.* IV. th. 6. lit. e. Cunrad. Rittersbus. in *Different. Jur. Civil. & canon.* lib. 3. c. 25.

(42) Tenendum hic. 1. utrum quaestio sit de investitura nova an de antiqua? si de illa tunc sciendum nullum certum tempus esse definitum. Sed intra praefinitum à Domino spatium vasallum venire ac investituram petere debere. Et si ter citatus venire distulerit, feudo privetur. 2. F. 22. *De milit. vasall. qui contumax.* de lege Corradi. *Wesemb. c. 8. num. 2.* tamen si intra annum venerit restituitur possessio. 2. F. 22. *de milit. vasallo qui contumax.* Si verò de antiqua, tunc notandum certum tempus praefinitum esse de jure communi feudali & quidem militi vasallo annum & mensem 1. F. 22. *quo tempor. milit. investitur. petere debet.* Hartmann 2. *Practic. observat. tit. & feud.* 54. *observ. 1. num. 1.* pagano verò annum & diem 2. F. 24. *Quae fuit prima caus. feud. amitt.* 1. F. 40. *de capitul. corradi.* 52. §. 1. *de prohib. feud. alien. per Lothar.* & 55. *de prohib. feud. alienat. per frideric.* quod tempus praecise sub periculo amissionis feudi observandum est. 1. F. 22. c. 1. *quo tempor. miles.* 2. F. 24. *quae fuit. prima caus.* Gothofred. Anton. *disput. feudal.* 8. th. 3. lit. c. ex quibus patet, non opus esse ut vasallus à Domino requiratur, sed quod ultro dominum in suo territorio requirat. l. 12. C. *de contrahend. & committent. stipulat.* nisi pacto à tempore legali in definitè recessum esse probetur. l. 4. C. *de fund. patrimon.* lib. 12. Quæritur. An Dominus vasallo invito tempus hoc à lege concessum possit contrahere vel coarctare? Et inter omnes ferè constat quod nequeat. arg. l. 74. & seq. l. 186. ff. *de R. I. l. 17. §. 4. in fin. de pact. cap. 27. de R. I. in 6.* prorogare verò potest. 2. F. 6. *in fin. de form. fidel.* 2. F. 26. §. *domino. s. de feud. defunct. content. sit inter Domin. & agnat.* l. 23. §. *fin. ff. de recept. arbitr.* l. 40. ff. *d. t.* Angustia enim temporis pro domino est, quemadmodum diuturnitas pro Vasallo. Cum ergo vasallus breviori spatio

cio

possit invito domino investituram petere; cur non eadem ratio-  
ne domino integrum sit longiori intervallo petitionem susci-  
pere l. 41. ff. de R. I. & Ita suo quilibet non alterius juri renunciat.  
l. 25. ff. de LL. l. 46. ff. de pact. l. penult. C. eod.

θ. XI.

Quemadmodum autem ii, quibus tu-  
tela vel cura oblata est, necessario suscipe-  
re illam coguntur, (43.) nisi justam ali-  
quam excusandi causam habeant (44.) &  
allegent certo tempore: (45.) ita & hic  
comparatum. Nam vasallus expedito Ju-  
re Investiturâ sua privatur, si intrâ legiti-  
mum tempus investitionem non petiit.  
(46.) Nisi justæ alicujus causæ (47.) in-  
terventu veniam impetret. (48.)

(43.) Quia tutela est munus publicum. *pr. Inst. de excusat.*  
l. 17. §. 2. & 4. ff. eod. l. 2. ff. qui petant. tutor. *Dn. D. Ludv. disp. ad Inst.*  
3. th. 3. lit. b.

(44.) Quæ recensentur in lib. I. *Inst. tit. 25. lib. 27. tit. i. ff. lib.*  
§. C. tit. 62. 64. 65. 66. 67. 68. 69.

(45.) Proponendæ sunt causæ Excusationis intra dies  
50. continuos, si tutor in urbe sit, vel intra 100. lapidem §. 16. *Inst.*  
*d. tit. de excusat. l. 15. §. 1. l. 38. ff. eod.* à tempore cognitionis nume-  
randos *d. §. 16. d. l. 13. §. 1. & l. 6. C. eod. Dn. D. Ludv. disput. ad Inst. 3.*  
*th. 11. lit. c.*

(46.) ut supra θ. 10. n. probavimus vide *Gothofr. Anton.*  
*disp. feud. ult. θ. 2. lit. c. & d.*

(47.) Quales sunt respectu Domini: I. Mortis vel ca-  
pitales inimicitia *c. unic. 1. F. 22. Quo tempore mil. investit. peten. deb.*  
*d. 15. l. 31. §. 14. ff. de recept. arbitr. 2. Infantia l. unic. 1. F. 22. quo tem-*  
*por. mil. in vest. III. Absentia sæpè jam cit. c. 1. F. 22. l. 47. ff. de usur.*  
l. 137

2. 137. §. 4. ff. de V. O. Excipe locum adeò vicinum ad quem facile  
 possit adire 2. F. 52. §. ult. de prohib. feud. alienat. per Lotharium. l. 174.  
 ff. de R. I. Idque Judicis arbitrio definiendum erit. l. 1. in fin. ff. de  
 iur. delib. IV. Infamia. modo talis ut fidelem sacramento libe-  
 ret. c. 1. in fin. 2. F. 27. de pac. tenend. & eius violator. v. g. si fuerit Do-  
 minus Excommunicatus, Bannitus sive proscriptus ab Impera-  
 tore seu rege Rosenthal. c. 6. conclus. 51. n. 3. V. Mors Domino intra  
 tempus præfinitum contingens. quo casu tempus antea elapsum  
 non attenditur: sed ex persona novi Domini, novum etiam tem-  
 pus vasallo conceditur: quod in morte vasalli eodem modo di-  
 cendum videtur. arg. l. 32. ff. de iudic. l. 15. ff. de V. O. l. F. 22. quo tempor.  
 mil. Gail. 2. obs. 50. n. 7. VI. Si duo de hæreditate Domini conten-  
 dant c. 12. extr. de iur. patronat. l. 14. §. ult. ff. de appell. VII. Si he-  
 res Domini extraneus nondum adjecerit hæreditatem. l. 4. §. 7. ff.  
 de damn. infect. l. 4. in fin. l. ult. ff. de leg. commiss. VIII. Traditio  
 feudalis rei facta alicui tertio c. 1. l. F. 9. qui succ. reneant. c. 1. extr. de  
 feud. IX. Infantia c. unic. l. F. 22. quo tempore miles invest. Respectu  
 autem vasalli justa causa est. 1. Incarceratio. 2. F. 52. §. fin. de pro-  
 hibit. feud. alien. per Lethar. l. 9. & seq. in fin. ff. ex quib. caus. major. l. 23.  
 ff. de usur. l. 78. l. seq. ff. de R. I. 2. morbus Sonticus. l. 2. §. 3. ff. si quis  
 caution. iudic. sist. caus. fact. l. 60. ff. de re iudic. 3. Inimicitia capita-  
 les eum aliquo tertio. c. 4. extr. ut lite non contestat. l. 9. ff. ad SC. Tre-  
 bell. quatenus scilicet iis securus ad Dominum aditus vasallo præ-  
 cluditur Borchold. c. 8. n. 15. 4. Absentia necessaria c. 1. l. F. 22. quo  
 tempor. miles. l. 1. l. 29. l. 29. l. 36. l. 140. ff. ex quib. caus. maior. Wesenb. in  
 w. ff. n. 5. h. r. (5.) Ignorantia justa. ut si vasallus Dominum mor-  
 tuum, vel successor vasalli rem feudalem esse probabiliter igno-  
 ret. l. fin. ff. de hered. Instit. l. 42. ff. de R. I. t. r. ff. & C. de iur. & fact. igno-  
 rant. Gail. 2. obs. 48. n. 8. Extrà personam tam domini, quam va-  
 salli justam excusandi causam præbet omnis metus in virum  
 constantem cadens l. 6. ff. quod met. caus. l. 2. §. 1. ff. ex quib. caus. ma-  
 ior. Quò referuntur & bella, hostium latronumque incurfus.  
 l. 33. in fin. ff. de R. I. l. 18. in pr. l. 50. ff. de administr. tutel. tempestates,  
 innundationes, pestis aliique morbi propter infectionem pe-  
 riculosi l. 23. §. 1. ff. de recept. arbit. l. 2. §. 3. & seqq. ff. si quis caut. iudic.  
 cap. 9. dict. 88. In summa excusatur vasallus quoties non dolosè

C

omis-

omissit petere 2. F. 52. de prohib. feud. alien. per Lothar. l. 78. & seq. ff. de R. l. Hec Gothofr. Anton. disp. feud. VIII. §. IV. V. & VI.

§. XII.

Finis  
Effectus.

Agendum restat de fine & Effectu investitionis: Finis autem investituræ præcipuus & summus est fidelitas. (49.) Effectus verò ratione vasalli erga Dominum Reverentia, (50.) obsequium & servitium. (51.) Ex parte Domini ergà vasallum inductio in vacuum possessionem (52.) præstatio evictionis. (53.)

(49.) Nam nulla omninò investitura fieri potest, ex qua fidelitas non debeat. c. 1. 2. F. 3. §. fin. per quas fiat investitur. Wesenb. c. 8. n. 19. aded ut Investitura facta, semper sub ea conditione facta intelligitur. Si fidelis erit, daß der Lehenmann seinem Lehenherren Hold getrew vnd gewertig sey. Quamvis non negemus remitti aliquandò opinione famæ, & integritate vitæ vasalli, cum multis viris gravibus religiosis jurare. & plurimi per quàm timidi ad jurandum metu divini nominis l. 8. pr. de condit. institut. ff. de condit. continet enim juramentum invocationem nominis divini, qua petimus, ut servato jurejurando benè sit: quo non servato, omnia sinistrè nobis eveniant Wesenb. in π. ff. de iureiur. n. 2. & 3. Giph. disputat. feud. IV. th 59. parilem autem & fidelitatem Dominus debet vasallo; unde Germani Getreuer Herr / getreuer Knecht.

(50.) 2. F. 22. de milit. vasall. qui contum. & 2. F. 23. in quib. caus. feud. amitt. quantum enim fieri potest Dominum & honorem ejus vasallus extollere, nec unquam malum de eo loqui debet. c. 33. dist. 63. unde nullam famosam actionem adversus eum instituere. c. 1. §. similiter 2. F. 33. Gothofr. Anton. disp. feud. ult. §. 2. lit. b. impunè. Sed actionem in factum posse tradunt Doctores communiter. Non incommodè hic quæri solet. An absque ve-

nia in

nia in jus vocari a vasallo possit? *Neg. Oldendorph. Class. r. act. 4. & alii. Affirm. Wesenb. in π. ff. n. 6. de in ius vocand. Gait. de pignorat. observ. 15. n. 4. Mynsing. 4. obser. 92. propter text. in 2. F. 22. cum de milit. vasall. contum. §. salv. reverentia.*

(51.) Servire tenetur regulariter omnis vasallus & quidem præstare ea servitia in investituræ formula expressa: sunt enim servitiorum *sec. c. unic. 2. F. 23. in quib. caus. feud. amitt.* alia determinata alia in determinata, illa dicuntur quæ certis vestiturarum pactionibus definita sunt. v. g. ut vasallus uno, duobus tribus, vel pluribus equis præstet sit. als *Lehen mit zwey oder drey Pferden zu bedienen* ut certo die cantilenam cantet. Uxorem Domini festivis diebus ad templum deducat. *2. F. 2. in fin. quid sit investitur.* & præter illa ita definitè in investitura expressa, vasallus ad alia servitia non obligatur. Quod si nulla expressa sint? non propterea putandum, nulla deberi: sed respiciendum ad ea quæ cæteri ejusdem conditionis & regionis vasalli præstare solent. Quæri potest non in concinnè hoc in loco: Utrum vasallus ad præstanda servitia alium substituere possit? Respondetur affirmando, modo Dominus sit contentus. *arg. text. 2. F. 55. §. firmiter de prohib. feud. alienat. Gothofred. Anton. disput. feud. VII. th. 5. lit. b.*

(52.) Impsetà a vasallo fidelitate: Necessario Dominus ei tenetur tradere possessionem vel quasi rei investitæ, nec liberatur præstando id quod interest. *c. unic. §. 1. 2. F. 7. de nova form. fidelitat. quod si differat omnem utilitatem Vasallo præstabit. cit. c. unic. §. 1. in fin. 2. F. 7. de nov. form. fidel. Giph. disp. feud. IV. th. 54.*

(53.) Distinguendum tamen est, utrum scienti ignorantia facta sit investitura, qui enim rei alienæ sciens investituram accepit, nisi pacto speciali sibi prospexerit, de evictione agere non poterit: Ignorans verò rectè ager, ut aliud ejusdem bonitatis seu qualitatis ei præstetur. Sed in eo nulla est differentia qui investituram fecit, utrum sciverit, an ignoraverit. *c. unic. in pr. 2. F. 8. de investit. de re re alien. fact.* Et hæc sunt quæ de utilissima atque practicabili investituræ materia ob angusta temporis spatia proferre licuit. Tu interea benevole Lector, præsentis tractatione contentus eris, ac si non ingeniosè accurateque satis hanc materiam tractaverim: Brevitati temporis imputabis.

# COROLLARIA

## De Jure Civili.

*An Solutionem particularem justè recusare possit creditor? Affirm. Regul.*

## De jure feudali.

*An vasallus alienans, feudum illicitè illo privetur? Affirm.*

## De Jur. Canon.

*An papa sit supra Imperatorem? Affirm.*

## De Jur. Public.

*An Elector absens, extraneo qui non est ex Collegio Electorali, mandatum de Eligendo Imperatore dare possit? Affirm.*

Regi seculorum immortali invisibili, soli sapienti  
Deo honor & gloria in secula seculorum Amen.

F I N I S.



Strassburg, Diss., 765A-52

ULB Halle 3  
004 774 795




f

Sb.

VD 17







Exercitium Juridicum  
DE  
**INVESTITURA  
FEVDALI**

QUOD

PRÆSIDE

*Magnifico Amplissimoque Viro*

DOMINO

JOH. OTTONE TABORE JCte  
IN ALMA ARGENTINENSIVM COD. ET  
Feud. Placit. Professore Publico, Facultatis Juridicæ  
seniore longè celeberrimo patrono suo  
maximo

*Solemniter instituet*

JOHANNES JACOBUS Behre  
Bönnigkheimensis Zabergoicus.

*Ad diem 3 Decemb.*



ARGENTORATI

Typis JOSIÆ STEDELI Aca-  
DEMIE TYPOGRAPHI

M. DC. LII.

783.

46.

1652,9

25

